UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quadragesimale

Paoletti, Agostino

Coloniae Agrippinae, 1677

Approbatio Adm. R. P. Magistri F. Leonardi Valentini Cæsenatis Prioris almi Conventus S. Spiritus Florentiæ.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55672

Visual Library

MAGISTER F. PHILIPPUS VICECOMES MEDIOLANENSIS
Totius Ord. Eremit. S. Auguſt. Prior Generalis.
REVERENDO ET NOBIS IN CHRISTO DILECTO P. MAGISTRO
F. Auguſtino Ilcinenſi ejuſdem Ord. & Voti, Provinciæ
Senenſ. Provinciali S.

CUm Conciones annuales & Adventus, quæ hactenus à Te ſunt in lucem editæ, noverimus ab eruditione pietati conjuncta commendari, meritò ſperamus bono publico Quadragesimales quoque prodituras eſſe, quas inſuper elucubraſti, & noſtri reviſores approbarunt; libenter igitur concedimus, ut accedente eorum, ad quos ſpectat, licentiâ & approbatione, valeas typis mandare.

Datum Neapli 8. Decembris. 1650.

F. Philippus Vicecomes Gener. indign.

Approbatio Adm. R. P. Magiſtri F. Leonardi Valentini
Cæſenatis Prioris almi Conventus S. Spiritus Florentiæ.

LIber inſcriptus Quadrageſimale R. P. M. PAOLETTI omnibus titulis dignus eſt, qui publici juris fiat; quia & magnâ eruditione plenus eſt & magnâ pietate, ſanâque doctrinâ refertus. Ita mihi de eo viſum poſt illum accuratè perlectum, de mandato Reverendiſſimi Patris Magiſtri Philippi Vicecomitis Generalis optimi.

Florentiæ Die 6. Novembris. 1650.

Fr. Leonardus Valentinus Ord. Erem. S. Auguſtini.

Approbatio Adm. R. P. M. Nicolai Peloſi da Campiglio
Florentini Ord. Eremit, S. Auguſtini.

EX Commiſſione Reverendiſſimi Patris Magiſtri Philippi Vicecomitis Generalis noſtræ Religionis magna cum diligentia legi Quadrageſimale Adm. R. P. M. AUGUSTINI PAOLETTI moderni digniſſimi Provincialis Provinciæ Senenſis, cui titulus eſt QUADRAGESIMALE; In quo nihil quod Catholicæ veritati, aut bonis moribus repugnet, inveni; Imò vix aliquod ejuſdem generis argumenti opus hactenus legi quod majori cum voluptate & minori cum faſtidio me legiſſe meminerim quàm iſtud; In illo namque Author Scripturarum veritatem tanta cum perſpicuitate & energia docet, ut nutriendo intellectum & voluntatem ad bonum excitando, ſenſum pariter ſpiritualem adeo delicatè